

A D
DISPUTATIONEM LOGICAM
QVARTAM
DE PRAEDICAMENTO
RELATIONIS,

& Sex reliquis
ACTIONE PASSIONE
QVANDO VBI
SITV HABERE.

Problemata xli.

P. P. à
M. MELCH. LAUBANO
Ducalis Gymnasij BREG. Rectore,

UT RESPONDEAT, de
RELATI- SEX RELI-
ONE QVIS

ANDREAS HEIL-
MAN^o TRANSTLV.

JO ACHIMVS GOTT-
WALDVS Fridebergēsis.

Ad XXI Febr. A. C. 1615.

Opponentibus ordinarijs

1 Salomoni Paulli Danti-
scano Borusso.

1 Johan. Buchwaldero Spro-
tav. Silesio.

2 Abrahamo Schweitzero
Bregensi.

2 Friderico T sirnesio Gorlic.
Lusatia.

3 Joachimo Kestnero Oppa-
viensi Silesio.

3 Georg. Stoltzio Kabena-
ti Silesio.

CLARISSIMO, PRVDENTIA
ET AVTORITATE PRÆSTAN-
tissimo viro, Dn. JOHANNI GOTTVVALD,
Reipubl. Fridebergensis Consuli fide-
lissimo Parenti suo di-
lectissimo.

REVERENDO, PIETATE ET ERVDI-
tione eximiâ excellentissimo viro, Dn. M.
ZACHARIAE SOMMERO Ec-
clesiæ patriæ Pastori meritissimo,
Fautori ac promotori æter-
num colendo.

NEC NON

ORNATISSIMO, ET DOCTISSIMO
VIRO. Dn. IEREMIAE GOTTVVALDT
Fatri Germano charissimo.

Hanc scholæ Logicæ de sex posterioribus Prædicamentis
Disputationem, amoris, gratitudinis, & ob-
servantiæ ergò

offeret

et

dedicabit

*Jochimus Gottwaldt
huius de sex posterioribus Prædicamen-
tus Disputationis Respondens.*

PROBLEMATATA XX.
DE RELATIONE.

AN

I.

Predicamentum Relationis rectius sequatur, quàm
præcedat Prædicamentum Qualitatis? A.

II.

Relatio propriè sic dicta sit merum Accidens Ra-
tionis? N.

III.

Accidentia Absoluta, ut *Quantitates, Qualitates*, re-
aliter differant à *Relatis*? A.

IV.

Res huius Prædicamenti realiter differant à sex
posterioribus Categorijs, quæ etiam sunt Relato-
rum? A.

V.

Duo illa extrema Relationis sint *Fundamentum &*
Terminus propriè loquendo? N.

VI.

Duo illa extrema potiùs sint *Relatum* τὸ πρὸς τι, &
Correlatum, τὸ ἀπὸ τῆς τῆς? A.

VII.

Subiectum omnis Relationis sit Substantia?
Aff. de Relatione propriè dicta. Nam Relatio secundum dici,
subiectum etiam habet. Qualitates: ut Scibilitas est Relatio inha-
rens Scibili & Scientia: Credibilitas Fidei & credibili.

A 2

IIX.

IIX.

Omnis *Relatio* ob debilitatem entitatis suæ indigeat *Fundamento*, ut *subjecto* seu *substantiæ* inhaerere possit? A.

IX.

Fundamentum illud sit semper *accidens* aliquod *Absolutum*, *Quantitas Discreta* vel *Qualitas* aliqua? A.

X.

Quantitas vel *Qualitas* illa habeat semper *rationem causæ efficientis*, cuius vi *Relatio* *substantiis* invicem collatis insit? Aff. de *Relatione* propriè sic dicta.

XI.

Fundamentum Relationis etiam possit esse *Quantitas Continua*? N.

XII.

Fundamentum re ipsâ, an tantum ratione differat ab ipsâ *Relatione*? Posterius affirmatur.

XIII.

Terminus propriè loquendo sit ipse *finis* & *usus* *Relationis* in *Substantiam* introductæ? A.

XIV.

Relatio, quæ est inter *DEUM creatorem* & *creaturas*, sit *Mutua*? Distinguitur.

XV.

Relatio Realis, *substantiæ* addita, faciat *compositionem realem*? N.

XVI.

XVI

Relata sint simul naturâ & noticiâ? A.

XVII.

Relata sint invicem *ἀντιθέτῶν*? A.

XIX.

Relatio ex necessitate opus habeat ullo locali
contactu aut *συνσῆσις* ipsorummet Relatorum? N.

XIX.

Relatio sit accidens omnium accidentium nume-
rosissimum? A.

XX.

Relatio recipiat contrarietatem, item magis &
minus? Neg. de Relatione propriè dictâ.



DE SEX REL.

P R Æ D I C A M E N T I S.

A N.

I.

RELIQUA sex Prædicamenta sint neq; planè Absoluta, neq;
Relativa secundùm ESSE, neq; verè cõposita ex Ab-
solutis & Relatis? A.

II.

Nihil aliud sint, quàm Quântitates, Qualitates, Rela-
tiones, cum respectu ad Substantiam tanquam ad su-
um subjectum extrinsecum consideratæ? A.

A 3

III.



III.

Sint Relativa tantum secundum dici? A.

IV.

Actio & Passio recte sint quibusdam Prædicamenta Absoluta? N.

V.

Actio jure præcedat, *Passio* sequatur? A.

VI

Actio sit qualitas agentis, quatenus à subjecto patiente recipitur, & in illud tanquam in subjectum introducitur? A.

VII

Definitio hæc *Actioni* tantum *Transseunti* proprie congruat, non *Immanenti*? A.

IIIX

Actio quæ *Actio*, realiter differat à *Qualitate*, quæ talis? A.

IX

Passio sit qualitas, quatenus per *Actionem* Agentis in patiens subjectum recipitur? A.

X

Realiter differant *Actio* *Passio*? N.

XI

QUANDO idem sit quod *Tempus*? Neg.

XII.

QUANDO nihil aliud sit, quàm *Tempus*, quatenus

nus

nus ad substantiam respicit in tempore existentem,
vel aliquid agentem? A.

XIII.

UBI idem sit quod locus? Neg.

XIV

UBI nihil aliud sit quàm *Locus*, quàm ad substan-
tiam locatam refertur, eiq; extrinsecus ut suo sub-
jecto circumiacet? Affir.

XV.

Tres illi Modi Scholasticorum *alicubi Essendi*, *Cir-
cumscriptivus*, *Definitivus*, *Repletivus*, uni & eidem sub-
stantiæ SIMUL convenient? N.

XVI

Res nonnullæ quandoq; sint *alicubi Præsenter* aut
Potenter, etsi non *Enter*? A.

XVII

Solus DEUS sit heic & ubiq; *Enter*, *Præsenter* & *Po-
tenter*? A.

XIIX

Ad SITUS Prædicamentum pertineant ipsæ
partes Substantiarum: aut Dimensio ipsarum secū-
dum Longitudinem, Latitudinem, & Profundita-
tem: aut Locus earum: aut Forma siue Figura ea-
rum? Neg. *omnia quatuor*.

XIX.

SITUS reverâ sit ordo partium Loci, ad partes
Substantiæ locatæ relatarum? Affir.

XX.

X X.
Ad HABERE pertineant ipsæ vestes, quâ tales?
aut Corpus vestitum? Neg. utrumq;

X XI.

HABERE significet Relationem seu habitudi-
nem indumenti cuiuscunq; ad Corpus, vel partem
Corporis induti? A.

Ἐπεισόδιον.

AN Logica sit commune organum omnium si-
ne exceptione disciplinarum, adeo ut etiam abstru-
sissimis quibusque S. Theologiæ mysteriis expli-
candis, Logicæ notiones saltem κατ' ἀναλογίαν, si non
directè, sint applicabiles? Aff.

BREGÆ, Typis Sigfridianis.

M DC XV.



Elenchus contentorum.

Bismarckii vita et res gesta theologorum orthodoxorum recens.

MUSNERI Fides Jobi.

concilium oecumenicum octavianum.

ULB Halle

3

003 509 435



5le

V. 17.





Handwritten text on the spine label, likely a library or collection number.





B.I.G.

Farbkarte #13

A D
DISPUTATIONEM LOGICAM
QUARTAM
DE PRAEDICAMENTO
RELATIONIS,

& Sex reliquis
ACTIONE PASSIONE
QUANDO VBI
SITV HABERE.

Problemata XLI,

P. P. à
M. MELCH. LAUBANO
Ducalis Gymnasij BREG. Rectore,

UT RESPONDEAT, de
RELATI- SEX RELI-
ONE QVIS

ANDREAS HEIL- JOACHIMVS GOTT-
MAN TRANSTLV. WALDVVS Fridebergēsis.

Ad XXI Febr. A. C. 1615.

Opponentibus ordinarijs

- | | |
|--|---|
| 1 Salomoni Paulli Danti-
scano Boruffo. | 1 Johan. Buchwaldero Spro-
tav. Silesio. |
| 2 Abrahamo Schweitzero
Bregensi. | 2 Friderico Tirnesio Gorlic.
Lusatia. |
| 3 Joachimo Kestnero Oppa-
viensi Silesio. | 3 Georg. Stoltzio Kabena-
ti Silesio. |

7

